





DE  
SACRA DOMINI COENA  
ALTERO NOVI FOEDERIS  
SACRAMENTO

---

DISSERT. THEOL. DOGMAT.

---

QVAM  
DEO AVXILIANTE  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**F R I D E R I C O**  
HASSIAE LANDGRAVIO  
AC RELIQA  
DOMINO ET NVTRITORE  
CLEMENTISSIMO

---

PRAESIDE  
**GODOFREDO SCHWARZ**  
THEOL. DOCT. ET PROFESSORE PRIMARIO CONSISTORII SACRI  
ASSESSORE ECCLESIAVM HASSO-SCHAVENBURGI-  
CARVM SVPERINTENDENTE

AD D. FEBR VAR. cI*o*I*o*CCLXV.  
H. L. Q. C.

TVEBITVR  
**CAROLVS LUDOVICVS SEIPPEL**  
CASSELLIS HASSVS.

---

RINTELII TYPIS I. G. ENAX, A. T.

7  
SAGRA DOMINI CONI  
ANNO MDCCLXVII  
MAGISTER  
ERICO RICCI  
DOMINI ET UNIVERSITATIS  
COPPIA SCHWARS  
COPPIA MODULIGRA SEWBE

# De sacra Domini cœna.

## §. I.

**A**Etio sacramentalis N. T. altera est COENA DOMINICA 1 Cor. 11, 20. quæ et mensa domini 1 Cor. 10, 21. communio ib. v. 16. et sacra synaxis, audit: Gracis λειτουργία per eminentiam, et ab adjuncto Matth. 26, 26. 27. ἐυχαριστία: Latinis sacramentum altaris, missa; quam, quo sensu pii Confessores nostri, in Aug. Conf. de abusibus artic. III. se abrogasse negant, opera pretium fuerit in transcursum notasse. Dicitur fane veteribus etiam sacrificium; impropre nimirum, quod perperam in sacrificium novi test. proprium, idque juge, expiatorium et propitiatorium, sequioribus temporibus conversum fuit.

Denominationes ejus varia.

§. 2. Actionis auctor Christus dominus, cum ultimum pascha cum discipulis edisset, mortemque pro genere humano mediatoriam jam jam obiturus esset, a tribus fuisse traditur euangelistis Matth. 26, 26-28. Marc. 14, 22-24. Luc. 22, 19. 20. et Paulo 1 Cor. 11, 23. sqq. nam euangelista Johanni, παραδειπομένα postremo scribenti, de alia cœna cap. 13, 2. seqq. sermo est.

Auctor  
Christus,  
dominus.

n. 2. Administrari sacramentalis actionis legitime vocati ecclesiarum doctores sunt; ministri quippe Christi et oeconomi mysteriorum dei 1 Cor. 4, 1. Et ad institutionem Christi, juxta ac praxin apostolicam, adtendentibus, docente id ipsum perpetua in ecclesia christiana praxi, dubium nullum relinquere potest, quin ministri iidem sacramentum hoc fidelibus debeant exhibere, non ipsi pro se, fine ministro, illud sumere. Quare, si minister haberi nequit, Augustiniano illi insitendum, credere et manducasti.

Administrari  
legitime vo-  
cati ecclesiarum  
doctores.

§. 3. Rite fruituri sacramento isto, omnes non nisi illi sunt, qui non solum edere et bibere materiam, ex qua

Convivere  
sacri epulæ  
qui?

A con-

constat, terrestrem possunt, sed etiam ita explorare se ipsos, ut ne periculum edendi indigne, graviterque deum offendendi 1 Cor. 11, 27 - 29. incurvant: explorationis vero rationem idem declarat apostolus 2 Cor. 13, 5. Cum ergo sacramentum nostrum requirat fidem, efficitur a) ut pro sacramento confirmationis fidei illius habendum sit, utque b) ab eius fruitione et usū arceri debeant, quicunque se ipsos explorare, an in fide sint? haud possunt, sive extra ecclesiam vivant, sive intra eam; nec solum impuberis et personæ quædam miserabiles, sed etiam apertis delictis litantes et criminibus.

*Conjecta-  
ria.*

*Jure gau-  
dentes illo  
sub utraque  
specie fru-  
endi.*

n. 2. Legitime vero, quod quidem humana judicare solertia potest et fides, sacramentum poscentibus totum, non mutilatum, atque adeo sub utraque, quod ajunt, specie panis et vini, porringtonum, sive sint sacerdotes, ut vulgo audiunt, et clerici consecrati, sive laici. Sic enim, non sub una, sed sub utraque, specie, a Christo est institutum, et ad usum fidelium commendatum Matth. Marc. Luc. II. cc. sic non solum in praxi apostolica 1 Cor. 11, 23. seqq. coll. cap. 1, 2, sed etiam in praxi ecclesiæ christianæ, totis undecim post C. n. seculis et infra, est administratum; ac non, nisi ex opinione precaria et falsa, sequioribus temporibus, calicis quoad laicos subtractio-ne, mutilatum: suntque rationes valde frivola, quibus mutilatio illa mordicus in præsens defenditur.

*Ratio ad-  
ministran-  
di sacra-  
mentum  
nostrum ex-  
ponitur.*

S. 4. Ratio administrandi sacramentum nostrum e duabus constat partibus, quatuor actiones simpliciores complexis. Pars una est, ut a) segregatus, ἐυλογίας καὶ ἐυ-χαριστίας pio ritu, ab usū vulgari ad usum hunc sacram panis fidelibus, sacramento utentibus, a ministro ecclesiæ exhibeatur, ab iisdemque accipiatur, comedatur et consumatur; sub recitatione b) verborum institutionis, accipite, comedite, hoc est corpus (domini et salvatoris vestri) Iesu Christi, pro vobis traditum. Luc. 22, 19. Pars altera est, ut c) segre-

c) segregatum similiter, ἐνδογεια και ἐυχαριστια mediante, ab usū cōmuni ad usum sacrum vinum fidelibus fruentibus a ministro ecclesiæ porrigitur, ab iisdemque accipiatur, bibatur et consumatur; sub recitatione d) verborum quoque institutionis, *accipite, bibite, hoc est sanguis (domini et salvatoris vestri) Iesu Christi, effusus pro vobis in remissionem peccatorum.* Matth. 26, 28. Ergo, si tantum verbum Christi, institutionis et promissionis, audiamus, apostolicamque consalamus praxin, partes allegatae duæ illæ, cum actionibus suis simplicioribus, una et sole sacramenti nostri partes sunt *essentiales*, secundum Augustinianum, *Accedat verbum ad elementum, et fiet sacramentum.*

n. 2. Cum vero ipsimet euangelista Paulusque II. cc. cum aliqua vocum varietate verba institutionis Christi referant, manifesto hoc ipso prodidere, in recitatione verborum institutionis, sensum illorum respici debere et retineri incorruptum; non requiri πρὸτερον aliquod, quoad omnes suas voces et clausulas; quæ, pro diversitate ecclesiæ particularium et localium, publica auctoritate ordinatarum, variare possunt.

n. 3. Accessoriis hinc tantum actionibus accensenda, non modo omnis illa cærimoniarum arbitrariorum, quibus Missa administrari consuevit Pontificia, copia, varietas et pompa (\*); sed etiam graviores alia, quibuscum, in repurgatis ecclesiæ nostris, aedificationis, reverentia et condecoratio gratia, administratur. Cujusmodi v. g. sunt odæ sacrae, pœnitentia et fidei Marc. I, 15. argumentum complexæ, antiphoniæ, precatio[n]es, textuum bibliorum prælectiones, edito[re] symboli, quod vocant apostolici, CREDO cet. textus prælecti euangelici, in concione fidelium; accurasier explicatio, tum, publica confessione

*Formula  
verborum,  
inter exhibendum ar-  
bitraria; at  
qua pia fit*

*Accessoriis  
actionibus  
accensenda  
partim no-  
tantur,  
partim enu-  
merantur.*

(\*) Videſis' *Dissert.* nostram secundam, hypotheticam inſcriptam, in Mal. cap. I. comma II. pag. 17. sq.

fessione præmissa, absolutionis quoque publicæ a ministro ecclesiæ denuntiatio, publicarum et privatarum necessitatem misericordiæ et bonitati divinæ, per et propter mediatorem Christum, commendatio: ac proxime paraenesis, ad participaturos sacramentum expressius directa, orationis porro dominica et verborum institutionis Christi canora recitatio, symbolorum terrenorum seu attachio, seu signo crucis notatio: denique, post administrationem sacramenti, impertitio pacis, (*der Herr sey mit euch*), repetitæ preces, hymni, cœtuque dimittendo annuntiata benedictio, 1 Cor. 14, 40.

*De actionibus quibusdam, non essentialibus sacramenti nostri profecto, differuntur.*

n. 4. Sunt, qui scrupulosius querant: *An non εὐλογία και ἐυχαριστία, super symbolis panis et vini, recitatio v. g. orationis dominicae verborumque institutionis, sive modulante, sive communi, voce facta, spectet ad essentiam sacramenti nostri?* Sunt sane *εὐλογία και ἐυχαριστία* 1mo, generatim spectata, pietatis christianæ actiones, non temere ab administris negligendæ; quia et a) a Christo adhibita Math. 26, 26. 27. Marc. 14, 23. 24. Luc. 22, 19. illiusque ad exemplum b) a Paulo apostolicaque ecclesia observatae 1 Cor. 10, 16. & 11, 24. denique c) sancta sanete, cum ardentibus ad deum precibus, obire convenit. Non interim 2do *εὐλογία και ἐυχαριστία* quedam specialiter considerata est de essentia sacramenti nostri; adeo ut, omissis etiam iisdem *εὐλογίας και ἐυχαριστίας* formulis probatis, verbis tamen administrationis rite, inter porrigendum, adhibitis, efficaciam suam, ex promissione Christi copulatam, actio sacra amittat, et sacramentum sacramentum esse definat. Non enim 1) præscriptam *εὐλογίας και ἐυχαριστίας* ejusmodi formulam a Christo apostolisque ipsius accepimus; sed solo arbitrio ecclesiastico constitutas usurpamus; a quo humano arbitrio omnem sacramenti efficaciam suspendere, valde est incongruum. Quid? quod b) nulla sacramentalis actio alia, vel veteris vel novi fœderis, *εὐ-*

*λογίας*

*λογίαν καὶ εὐχαριστίαν* ejusmodi secum vehat expressam. Potest hinc sacramentum esse efficax, uti alias fuit et est, sine iisdem ritibus, quamlibet piis et ad rem accomodatis. Vnde c), in casibus necessitatis, dummodo sacramento fruentibus de peculiari actionis sacræ qualitate constet et gravitate, nihil impedit, quo minus ecclesiastica *εὐλογίας καὶ εὐχαριστίας* formæ longiores in sincerissima sacramentum administrantis convertantur suspiria, preces et vota rotundissima (*Stoß-Gebete*). Quis enim d), suspiria illa et vota rotunda ab *εὐλογίᾳ καὶ εὐχαριστίᾳ* Christi apostolorumque suorum aliena esse, apodictice nobis dixerit? Quis e) a mere *ecclesiastici instituti formulis* omnem sacramenti efficaciam et vim derivare sustinuerit?

n. 5. Quare, arbitriae distinctionis, inter verbum *consecrationis et exhibitionis*, solum membrum *posteriorum*, si efficaciam sacramenti species, est juris divini; membrum *priorum* juris non nisi ecclesiastici putandum, comparati prudenterque stabiliti, tantum ad excitandam in fidelibus congregatis, sacramento in primis fruituris, reverentiam, elevationem mentis ad deum, laudes et grati animi erga mundi salvatorem testificationem.

S. 5. *Duplicis* in hoc sacramento generis dari rem, quam vulgo jam *materiam* ejus vocant, unam a) *terrestrem*, externam, inque oculos et cetera sensuum corporis nostri adyta incurrentem, ut sunt *panis*, et farinacea frumenti massa coctus, et *vinum*, album seu rubrum, aqua haud necessario diluendum; alteram vero b) *cœlestem* et invisibilem, ut sunt *corpus et sanguis* J. C. secessiones in eo omnes christianæ, pnrw institutionis Christi urgente, convenient. Non autem convenient in explicando tam modo *presentia* utriusque rei terrestris et cœlestis, quam modo *comestio* et *bibitionis* rei unius juxta ac alterius.

n. 2. In ecclesia quidem nostra euangelico-Lutherana credimus, profitemur et docemus mandationem et bibitionem triplicem, a) naturalem, b) supernaturalem tri-

*Quid de  
verbo con-  
secrationis,  
quod ajunt,  
et exhibiti-  
onis censem-  
dum?*

*De dupli-  
re sacram.  
noftri, ter-  
reftri et cœ-  
lesti, ex con-  
cessis parti-  
um dissi-  
dentium.*

*Contra con-  
cessa parti-  
um dissi-  
dentium tri-*

plex man-  
ducatio et  
bibitio ad-  
frenunda  
sumitur.

Ac primum  
manduca-  
tio et bibitio  
naturalis  
explicatur

et affertur

*Enervatis  
contrariis  
rationibus  
omnibus.  
Ut sunt  
a) prima  
earum.*

Iem s. sacramentalem, ac denique c) spiritualem; qui-  
bus explicatis, praesentiae, quoad utramque rem, terre-  
strem et coelestem, modus cognosci simul potuerit.

§. 6. MANDUCATIO Imo ET BIBITIO in hoc sacra-  
mento, NATURALIS nobis est, qua verum panem & vinum  
verum, ore corporis, percipimus, nec secus, ac quemvis alium  
cibum & potum naturalem, consumimus; atque adeo mani-  
bus contrectamus, labiis corporis tangimus et constringi-  
mus, lingua gustamus, dentibus comminuimus, in ven-  
triculum demergimus et concoquimus. Nam 1) Christus  
dominus, coenam hanc suam instituens, de pane & vino in  
calice loquitur, panem edere, e calice bibere hortatur Matth.  
26, 26. cet. Imo vero 2), post distributionem symbolo-  
rum, adeoque consecratione, quidquid hoc nomine veniat,  
peracta, Christus vinum adhuc vocat *genimen vitis* i.e. vi-  
num Matth. 26, 29. et Paulus, post distributionem pariter  
symbolorum, *panem* adhuc vocat *panem* 1 Cor. 11, 26 - 28.  
Allegamus 3) testimonium omnium sensuum externo-  
rum, qui, secundum summum rigorem, physicum et lo-  
gicum, falli aut fallere hac in re non possunt. Videmus  
enim, olfacimus, gustamus, tangimus *panem* et *vinum*,  
audimus sermonem de pane et vino.

n. 2. Quod objectatur a), *sensuum testimonium valere  
tantum in naturalibus, non valere in supernaturalibus*, e quo-  
rum numero sacramentum nostrum sit; non cogit. Non  
enim sensuum testimonium in supernaturalibus etiam, quæ  
quidem sensus externos ferunt, non valet ratione obiecti,  
quod sensu percipitur; sed tantum *non valet ratione modi*,  
quo res in rem aliam mutatur. Ridiculus enim, sit via  
verbo, fuisse Moses, si, postquam professus est, se aquas  
Aegypti in sanguinem commutaturum, non sanguinem  
tamen Aegyptis contemplandum, olfactendum, gustan-  
dum utendumque iisdem præbuisset; sed aquam priorem  
Ex. 7, 17. seqq. Frustra fuisse Christus, si aquam in ge-  
nero-

nero sum vinum ita mutasset, ut architrielinus tamen, cum  
 convivis, nihil præterea, quam aquæ prioris colorem, o-  
 dorem saporemque percepissent, Joh. 2, 7-11. Quod  
 b) obvertitur, *species panis et vini residuas manere*, ut sunt fi-  
 gura, color, odor, sapor, asperitas et lenitas, conglobatio  
 panis in massam et contritio in turundulas, confagnatio  
 vini in calice, ejusque guttatum facta destillatio aut ef-  
 fusio, *substantiam vero eorundem symbolorum externorum in sub-*  
*stantiam mutari corporis et sanguinis Christi*, unde TRANSUB-  
 STANTIATIONIS denominatio nata est; hypothesis est mere  
 1) philosophica, 2) precaria, 3) implicans et *dovetatos*,  
 universæ denique 4) religioni revelatae insidiosissima.  
*Hypothesis est* 1) mere philosophica; tantum enim abest, ut  
 ulla niteretur scripturæ sacræ auctoritate, aut suffragio gau-  
 deret ecclesiæ primitivæ christianæ, ut etiam contrarium  
 jam e testimonis S.S. viderimus, in præmissis. E suffra-  
 giis veterum ecclesiæ doctorum unum illud GELASII, qui  
 scripsit decurrente seculo V. allegamus: *Certe sacramenta,*  
 inquit, *qua sumimus corporis et sanguinis Christi, divina res*  
*sunt, per quas divinae consortes efficiuntur naturæ: et tamen esse*  
*non definit substantia vel natura panis et vini.* Cetera vide in  
 JOH. COSINI, Ep. Dulmenis in Anglia, *Historia transubstan-*  
*tiationis papalis.* Atque ut transubstantiatio, quam fecus  
 sentientes venditant, hypothesis est mere philosophica, ita  
 et 2) in circulis cordatorum philosophorum res procul est  
 ignota, ac non nisi precaria. Nam a) Patres antiqui, de  
 speciebus sacramenti nostri, quibuscum convivæ illius  
 corpus et sanguinem J.C. percipiunt, differentes, ipsum  
 met panem et vinum ipsum, non quoad nuda accidentia,  
 sed quoad substantiam, intelligunt. Vixque b) nova  
 secta arbitrarie philosophantium *species panis et vini de me-*  
*ris accidentibus panis et vini* interpretari coepit, cum statim  
 philosophos quosque acutos et futurorum melius, quam  
 credulorum auram captantes solent, prospicientes, adver-  
 sarioris naëta esset acerrimos, novo commento etiam atque  
 etiam

b) altera e-  
arum, qua

quoad qua-  
tuor mem-  
bra nota-  
tur  
a) mem-  
brum Ium

b) mem-  
brum zum

etiam graviter repugnantes, v. g. *Johannem Duns Scotum, Guilielmum Occam, Durandum, Petrum de Alliaco, Cajetanum, aliasque, integratati religionis revelatae sincerius studentes.* Nam certe ignorat 2) castior quæqua philosophia accidentia substantiae, sine sui generis specieique substantia, et modos substantiae, extra suam substantiam existentes, ac denique phænomena naturæ, sine natura rerum suarum. Sunt enim 1) accidentia et modi, concepti extra suas substantias, mera entia rationis; extra conceptum rationis merum nihilum negationis (\*). Quin imo 3) *hypothesis* secus sentientium implicans etiam est, et plane *assurates.* Ex accidentibus enim 2) substantiae, modis illius et phænomenis, absque omni fallacia sensuum externorum perceptis, pervenimus ad certam et omni dubitatione superiorem cognitionem panis et yini, non solum quoad genus utriusque, quod sit panis et vinum, nec aliud physice: sed etiam quoad speciem quod sit v. g. panis triticeus, vel filagineus, vinum defæcatum, vel musteum. Contra hæc per hypothesin transubstantiationis missatica patrono-

---

(\*) Ingeniosissime, philosophorum mathematicorumque aetatis nostræ princeps, D<sup>e</sup> ALEMBERT, tomo quarto, *Des Melanges de Litterature, d' Histoire et de Philosophie:* „La postérité croira-t'-elle, que des nos jours on ait imprimé, dans une des principales villes de l'Europe l' Ouvrage suivant, avec ce titre; Systema Aristotelicum de formis substantialibus et accidentibus absolutis, 1750? Cette postérité ne jugera-t-elle pas, que le Date est une faute d'impression, et qu'il faut lire 1550? Tel est, au milieu du XVIII. Siecle l'état déplorable de la raison, dans une des plus belles Régions de la terre, chez une Nation d'ailleurs spirituelle et polie; tandis que les Sciences font de si grands progrès en Angleterre, en France, et dans la partie Protestants de l' Allemagne? cet. ,”

patronorum deducimur ad cognitionem *panis non-panis*, cognitionem *vini non-vini*, quod sane contradictorium est. Si contradicitorum, universæ religioni christianaæ 4) infidias struit, ruinamque non solum minatur, sed etiam adfert, dogma neque philosopho, neque theologo concoquendum. Si enim sensuum α) testimonio, ubi nullo modo falli iudicemus possunt, aut fallere, standum non est; comedens, in quadragesima, olus aut pisces non metuere non debet, se nihil minus comedere, quam olus aut pisces; sed potius comedere tomaculam, aut vitulinam, aut bubulam. Cadunt β) miracula, sensibus externis, a testimonib[us] αὐτοῶν ταῖς Ex. 7, 17. seqq. Joh. 2, 7. seqq. usurpata. Cadunt γ) facta Christi, et exinanita est maxima pars historiæ Christi; testimonio sensuum discipulorum suorum innixa 1 Jo. 1, 1-3. 2 Petr. 1, 16-18. (\*)

δ) mem-  
brum quem

§. 7. Mandationem 2do & bibitionem ecclesia nostra, in hoc sacramento, statuit supernaturalem, seu sacramentalēm; qua, sumto pane naturali, verum, naturale et substantiale corpus Christi, sumtoque vino naturali, verum, naturalem et substantialem sanguinem Christi, ORE quidem CORPORIS, non tamen corporaliter, seu naturali modo, percipimus; atque adeo absit, ut materiam utramque cœlestem manibus contrectemus, labiis afteramus, dehibus comminuamus, palatu gustemus, in ventriculum demergamus et concoquamus. Esset enim comestio et bibitio ejusmodi Capernaitica re vera, quam, perperam intellectis Christi verbis, finixerunt Judæi Joh. 6, 52. 58-60. 61. 66. Ad adstruendam mandationem et bibitionem hanc, secundum definitionem traditam, supernaturalem rationes petimus a) ex verbis institutionis Christi, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα μου Matth. 26, 26. Marc. 14, 22. et τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου ib. v. 28. ib. v. 24.

Mandu-  
cato secundo  
& bibitio  
supernatu-  
ralis s. sa-  
cramenta-  
lis explica-  
tur

et adstrui-  
tur  
a) ex verbis  
institutio-  
nis Christi,

Si

(\*) Vide, si placet: *Dissertat. nostram, De sensuum, in di-  
judicanda transubstantiatione missatica, testimonio.*

B

Si enim  $\alpha$ ), secundum mentem Pontificiorum, substantia panis transiret in substantiam corporis Christi, substantia vini in substantiam sanguinis Christi, pane hinc et vino nullo superstite relieto, verborum Christi sensus foret, hoc, id est, *corpus meum est corpus meum*, hoc, id est, *sanguis meus est sanguis meus*; quae sunt propositiones tautologicae, ac, postquam species vel potius accidentia panis et vini, sine substantia panis et vini, jam enervavimus, nihil omnino significantes. Cui illud scoti subjungere non dubitamus; *Substantia panis*, inquit, *sub speciebus magis est nutrimentum, quam accidentia: ergo magis representat corpus Christi, in ratione nutrimenti spiritualis.* Quod idem valet de vino. Quod si  $\beta$ ) ex mente ecclesiae Reformatae nudus adesset panis, non simul corpus domini, nudum vinum, non simul sanguis domini, verborum institutionis sensus foret, hoc, id est, *panis meus est panis meus*, hoc, id est, *vinum meum est vinum meum*; quae pariter propositiones sunt tautologicae, et, si Christus nihil aliud voluissest dicere, orationis, absit verbo invidia, μετερπα. Duobus hinc institutionis verba explicandi modis istis examen non sustinentibus, restat  $\gamma$ ) ut pronomen τοῦτο, hoc, in subiecto verborum Christi, de materia terrena et coelesti, pane et corpore, nec non calice, vinum complexo, et sanguine ipsius, sit intelligendum: prædicatum vero jam de corpore Christi Matth. 26, 26. jam de sanguine illius ¶ 28. proprie et absque tropo rhetorico, exponendum. Cur autem Christus, cum in subiecto verborum suorum utramque rem coelestem et terrestrem innueret, in prædicto unam tantum coelestem, corpus, et sanguinem suum, indicaverit, explicatu non est difficile. Incurrebant enim res terrestres, panis et vinum, in oculos vescientium; nihil hinc erat, ut verbis significarentur: non incurrebant res coelestes, corpus et sanguis domini, in ullum sensum exteriorem fruentium; necesse hinc vel maxime erat, ut de iisdem claris verbis admonerentur. Vide b. nostrum

Joh.

*Joh. Henichium*, qui eleganter et nervosè argumentum hoc tractat *Institt. theologicarum*, in forma quarta, pag. 293. seqq. & pag. 738. *Ταυτολογίαν*, secundo superius loco notatam, secus ac nobis videtur sententientes a verbis Christi abstersuri ajunt &), copulam est idem valere ac latinorum **SIGNIFICAT**, veluti in locis Gen. 40, 12. 18. & 41, 26. 27. Matth. 13, 37-39. Verum, sermo, in his pluribusque horum similibus locis, oratio manifeste *adumbrativa, comparativa, parabolica est*: at Christum, in institutione cœnæ suæ, *adumbrative, comparative & parabolice loqui voluisse, evictum non est*. Allegatur præterea locus 1 Cor. 10, 4. in eo vero verbum substantivum non mutat ordinariam significationem suam et famosam, sed tropus est in vocabulo ή πετρα i. e. *is, qui eos potavit*, et quidem spiritualiter, *erat Christus*. Maxime vero excitantur loca Exod. 12, 11. 27. Gen. 17, 10. 13. e quibus formulis loquendi sacramentalibus verba quoque Christi sint explicanda. Verum enim vero, tametsi μόδι *transitum* proprie significat, sumitur tamen, et Exod. 12. et usitissime post, per metonymiam temporis, quo angelus Aegyptum obierat trucidator, salvis domibus Israelitarum relictis, *partim pro festivo tempore*, memoria admirandæ conservationis et redemtionis suæ sacro, quotannis celebrando, *partim pro agno μυστηρωδού* illo, pridie ejus festivitatis sub vesperam maestando, affando cumque omnibus cærimoniiis præscriptis Exod. 12, 11. consumendo, *partim denique* pro cumulo cærimoniarum earundem, quibuscum a vescientibus agnus absundendus erat assatus. Ergo Exod. 12, 11. per proxime antecedentia, vi significationis ultimae vertendum *הוּא הַמְסִבֵּחַ paschalis cultus is est Jehovæ sacer*; unde et in sequentibus comm. 25, 26. expressius dicitur *עֲבֹדָה cultus, rituum modus*. Commate vero 27. Ex. 12, vi significationis penultimæ, de ipso agno maestato vertendum *הַמְסִבֵּחַ קָרְבָּן sacrificium paschale illud est Jehovæ sacrum*. Denique Gen. 17, 10. 13. sole clarius est, quod deus cum

solutis ob-  
jectionibus,  
qualis est &

Abrahamo et posteris ejus icerat fœdus, fuisse re vera fœdus, vertendum hinc **הַזְבֵּן** hoc est fœdus meum **אֶת־בְּרִית־מֵאָמָן** v. 7-9. cum quo conditionem hanc a vobis observandam conjungo, inquit, ut circumdatur inter vos marium quisque. Verbo, vel in his ipsis palmarii, uti censentur, locis nulla prorsus adest ratio, cur verbum substantivum, deserta ordinaria et famosa significatione sua, vertatur *significat*. At enim, inquis, dubium non est, quin rescissio præputii fuerit signum fœderis, quod deus cum Abraham percutit Gen. 17, 11. coll. Rom. 4, 11. dubium similiter non est, quin epulum paschale mysticam significationem habuerit, **τὸν ἀπολύθρωσεώς** corporalis populi Israelitici ex Aegypto Exod. 12, 13. **τὸν ἀπολύθρωσεώς** spiritualis totius humani generis per Christum 1 Cor. 5, 7. coll. Joh. 19, 36. Fateor, sed non ideo statim vertendum, vel Gen. 17, 10. **hoc significat fœdus-meum**, vel Exod. 12, 11. & 27. **hoc significat paschale sacrificium**; quod in quaestione nunc unice est. Deinde tametsi non solum V. T. sacramenta circumcisio Col. 2, 11. Rom. 2, 29. Jer. 9, 25. **agnusque paschalis** 1 Cor. 5, 7. sed etiam sacramenta novi test. **baptismus** 1 Petr. 3, 21. Rom. 6, 4. et **cœna dominica** Joh. 6, 53. in symbolis suis externis, cumque materia sua terrestri, vim significandi habent spiritualia et celestia (uti alias dogmaticæ nostræ §. 193. n. 1. coll. §§. 186. 187. demonstravimus), tamen non statim recte colligitur, negandam in iisdem esse omnem materiam cœlestem, negandam in primis in **cœna dominica** corporis et sanguinis Christi presentiam et supernaturalem, secundum definitionem nostram, utriusque rei cœlestis fruitionem; posito enim uno, quod dialectici ajunt, non tollitur simpliciter alterum. Negant vero 2) haud pauci, in ecclesiis Reformatis, corpus & sanguinem Christi, in sacramento nostro, non aliter præsentia esse, quam quoad efficaciam suam in fidelibus, idem sacramentum digne participantibus, aut non aliter percipi quam fide, in euangelio requisita; quandoquidem fideri, ajunt, **præsentiam istam non facit aut præstat, sed verissimam effe**

*qualis est* 2

*esse et realem apprehendat*, vid. jo. cosinvs lib. cit. tribus pri-  
oribus capitibus, in primis prope finem capitii tertii. Professio  
quantivis pretii; nisi qui illam edunt, mox etiam subjice-  
rent, *alii præsentia corporis et sanguinis Christi modum*  
*sibi ignotum omnino esse*, *alii corpus & sanguinem C.*  
*fide re vera tantum percipi a vescientibus non indigne.*  
At vero, si fide tantum percipiuntur, dum passionem et  
mortem Christi, in sanctissimo corpore suo toleratam, et  
plenissima effusione sanguinis sui consummatam, eadem  
fides in memoriam revocat, et ad animum contritum con-  
cussumque applicat, certe præsentia corporis et sanguinis  
C. modus hoc ipso definitur; estque ex genere præsentia i-  
dealis tantum; *quam fides facit et præstat, non verissimam per*  
*se & realem apprehendit.* Quod si modo illi præsentia ide-  
alis insistere nolint, nolint meros sine subiecta notione  
sonos edere, ad duos, qui uni superant, præsentia mo-  
dos reliquos, *præsentiam operationis & præsentiam substantia-*  
*lem*, eis profecto est recurrendum. Et, si *præsentiam ope-*  
*rationis corporis & sanguinis Christi*, positam in efficacia  
apud digne vescentes supernaturali salutari, positam vero  
apud indigne vescentes ad judicium, adstruere sine præ-  
sentia substanciali ejusdem corporis & sanguinis J.C. nisi  
per fictiones, non possint, nobiscum in concordiam redeant,  
atque ut *præsentiam operativam corporis & sanguinis domini*  
*tam in fidelibus, sacramento digne fruentibus, quam insi-*  
*delibus, eodem indigne fruentibus, sartam teatamque tue-*  
*antur, nobiscum corporis et sanguinis J.C. præsentiam sub-*  
*stantiale admittant defendantque, necesse est.*

n. 2. Thesin nostram, de supernaturali, sive sacra-  
mentalitati, mandatione corporis & libitatione sanguinis J. C. as-  
serimus b) ex verbis Pauli 1Cor.10, 16. dum panem bene-  
dictum communionem corporis Christi, calicem benedictum com-  
munionem sanguinis Christi, vocat. Notio enimvero commu-  
nionis plurium semper rerum, ac minimum duarum, unio-  
nem involvit: at, negata corporis & sanguinis J. C. in sa-  
cra cena præsentia substanciali, postquam præsentiam o-  
peratio-

Sententia  
nostra ad-  
struitur b)  
ex verbis  
Paulini  
1Cor.10,16.

*Resoluta  
pariter ob-  
jectione.*

perationis sine eadem explicari non posse ostendimus, praesentiam mere idealem etiam removimus, nulla rerum plurium relinquitur unio, nulla hinc communio: atqui apostolus communionem panis & corporis Christi, communionem calicis & sanguinis Christi, utique adstruit. Argumentum stringit adversus Pontificios quoque. Fuere, qui apostoli verbum communionis interpretari voluerunt de unione, quæ est inter fideles, sacramento fruentes, in spiritu et charitate, sub capite suo Christo, tanquam membra mystica, coniunctos. Sicut autem verissimum quidem illud est ratione officii sacra cena utentium 1 Cor. 10, 17; ita non recte trahitur ad exclusionem ejus, quod ad formam sacramenti nostri, e duplice materia terrestri et coelesti constantis, requiritur. Adde, quod apostolus, hoc et sequenti capite, indignos maxime increpет; qui nullam reapse communionem habent cum veris membris corporis Christi mystici; hoc tamen non obstante cena dominica apostolo absolute vocatur communio.

*Sententiam  
nostram  
probamus  
c) ex 1Cor.  
11, 27-29.*

n. 3. Thesin nostram probare pergimus c) ex 1Cor. 11, 27-29. ubi manducantes panem bibentesque calicem domini INDIGNE rei corporis et sanguinis domini evadere prouuntiantur. Alloquitur iterum indignos, id est, vera fide, quæ praesentiam corporis & sanguinis Christi idealiter faceret, aut salutaris praesentia illorum operative particeps fieret, destitutos; qui, si nihil præterea, quam nudum panem & vinum nudum perciperent, rei quidem cuiusvis alterius criminis dici possent, non rei PRAECISE dici corporis & sanguinis domini, quorum neutrum perceperunt, neutrum, quod non perceperunt, profanare, μὴ διαπί-  
vōτες τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου, 1 Cor. 11, 29. potuerunt. Rei autem quoniam PRAECISE et nominatim dicuntur corporis domini et sanguinis illius ib. 27. idque fide non perceperunt, profanaturi utrumque, proximum est et maxime consentaneum, ut, corpus & sanguinem domini profanantes, ORE corporis perceperint, tametsi corporaliter

non

non percepent. Atque hæc quædam quasi est maceris, in hoc articulo, inter Protestantes utriusque partis. Maceris, in *systemate Particularistarum*, si qui tales adhuc esse gestiunt, tanto magis consolidata, quo minus, si vel maxime velint, concipere tamen studiosi veritatis Paulinæ ullo modo possint: quomodo corporis & sanguinis domini rei evadere queant, quibus nulla penitus competit, aut obtigit, pars in salvatoris mundi beneficiis; destinatis quippe unis & solis, absoluto dei decreto, ad vitam æternam electis. Quomodo v. g. reus evadere indigne usi epuli regii mediastinus aliquis potest, ad quod neque invitatus fuit? vel, invitatus quidem, bona tamen fidem accedens, digne in eodem se se gerere nullatenus potuit?

n. 4. Si a) dicas, quidquid est in cœlis, non potest quoad substantiam præsens esse et percipi in terris; at corpus Christi est jam in cœlis cet. Verum enimvero, quanquam corpus Christi, *in se & per se* spectatum, jam in cœlo est, id est, in *ubi* quodam definito; *in uxione* tamen *cum divina natura* spectatum est omnipræsens. Vnita enim, uti humana Christi natura generatim, sic et corpus et sanguis Christi speciatim, cum divina natura est, *Confessionis Chalcedonensis* ad mentem, *adiutoriis regi adiutorios*, id est *indivisiibiliter & indistincter*. Ergo, tametsi corpus & sanguis Christi in definito jam quodam *ubi*, *in se* et *per se* sint, præsentia tamen etiam in terris, vi unionis cum divina natura personalis, et sunt et percipi in terris possunt. Atque, ut omnipræsentia corporis et sanguinis Christi, vi unionis cum divina natura personalis, fundamentum præsentia eorundem substancialis, in sacra cœna, est; ita verba institutionis cœnæ dominicæ fundamentum sunt, quod omnipræsens corpus & sanguis domini ORE corporis a vescientibus percipientur. Erant b), qui fensum extenorum judicium perinde nobis, ac nos Pontificis, objectarent; ex quorum testimonio panem & vinum tantum, non corpus & sanguinem Christi, ORE accipiamus

*Oppositorum rationes ex-penduntur & diluvantur,  
a) prima et  
arum,*

b) *illarum  
altera.*

cipiamus. Verum enim vero, sensuum testimonium valet tantum in rebus, naturali modo præsentibus; corpus autem & sanguis J. C. non naturali modo, in se & per se, sed modo supernaturali, vi nempe unionis cum divina natura personalis, omnipræsentia, inque sacra domini cena peculiariter sunt præsentia. Quare, quoad supernaturalem omnipræsentiam, peculiaremque corporis & sanguinis J. C. in sacramento cœnæ dominicæ præsentiam illam, sensuum testimonium cessat omnino. Cum enim præsentia illa corporis & sanguinis Christi *peculiaris* nitatur omnipræsentia illorum, in unione cum divina Christi natura personali, non magis corpus & sanguinem Christi sensibus externis, in sacramento nostro, percipere possumus, quam ipsum deum omnipræsentem sensibus percipere externis. Sed, an ideo deus omnipræfens esse definit, quia sensibus externis non percipitur? Vnde regula: credenda et statuenda nobis multa sunt, quæ sensibus externis non percipimus: sed nusquam revelatio vera et irrefragabilis credenda statuendaque nobis injunxit, quæ sensuum testimonio perceptis contraria sunt, aut contradictoria. Sicut itaque posterius regulæ membrum valet contra *Transubstantiationem Pontificiorum*; ita et prius membrum jure nostro urgemos contra omnes eos, qui corporis et sanguinis Christi præsentiam in sacra cœna, realem et substantialem, philosophematis sui inescati, negant.

*Vno inter  
rem utram-  
que sacra-  
menti no-  
stri, terre-  
strem cœle-  
stemque,  
quando in-  
cipit?  
quando  
item defi-  
nit?*

n. 5. Quæritur autem, in circulis nostratium quoque theologorum, unionem inter panem & corpus Christi, inter vinum & sanguinem Christi, veram, realem & substantialem ex animo profitentium, quæritur, inquam, *Vno sacramentalis illa corporis Christi cum pane sanguinis Christi cum vino, quando incipit? quando item definit?* Optandum 1) esset, ut, in tam arcans rebus, ipsiusmet magistri ore haud proditis, cohibere sese vellet humanum ingenium. Neque enim hæc ejusmodi fructuosius quæruntur, quam curiosius; quod, in praxi fidi et ingenua, nihil omnino vel

vel qualisunque illorum ignorantia sacramentum administrantibus, eodemque fruentibus, obesse, vel qualisunque scientia prodesse utrisque, potest. Quia tamen 2) jam ab administrantibus sacrum epulum, jam eo fruentibus, quæstiones illiusmodi, in medio relictæ, ad superstitionem, rationali dei cultui dishonestissimam Rom. 12, 1. multis modis trahuntur, sine responsione non sunt nobis dimittenda. Eam vero non aliunde melius arcessiverimus, quam ab ordine verborum Christi, dicentis, accipite, comedite, hoc est corpus meum, bibite ex illo omnes, hoc est sanguis meus. Ergo a), præcedente exhibitione a sacramenti dispensatore, et sequente sumptione orali, à sacramenti conviva, tum demum fit rei cœlestis cum terrestri, corporis Christi cum pane, sanguinis Christi cum vino, conjunctio. Ergo b), exhibitione sumptioneque quoquo modo desinentibus, omnis etiam conjunctio rei cœlestis cum re terrestri desinit, desinit omnis, e putatitia conjunctionis perduratione rei cœlestis et rei terrestris, cautio. Caveant tantum et sacramentum dispensantes, et eodem fruentes, omnem irreverentiam, levitatem et scandalum.

S. 8. *Manduca-*  
*cœna ecclesia nostra statuit spiritualem; quia, vere et serio ob-*  
*peccata sua contriti, inque uno et solo beneficio redemptio-*  
*nis sue per Christum acquiescentes, omnemque in eo fi-*  
*duciam suam collocantes, gratia divina omniumque be-*  
*neficiorum Christi, quæ nobis sanctissima passione et morte,*  
*in proprio suo corpore tolerata, suique sanguinis plenissi-*  
*ma effusione consummata, benignissime peperit, partici-*  
*pes etiam evadunt revera: aut, jam participes facti, in fide*  
*fua confirmantur et corroborantur Joh. 6, 6. seqq. Matth.*

26, 28. De qua manducazione et bibitione spirituali inter omnes Protestantium ecclesias convenit. Et ecclesia quidem nostra præterea distinguit inter usum sacramenti nostri realem, et usum illius salutarem, docetque, quod ad unum

C

usum

*tio zlio G*  
*bibito in*  
*sacram. no-*  
*fro, spiri-*  
*tualis ex-*  
*plicatur*

*C assertur*

*distinguit;*  
*inter usum*  
*sacramenti*  
*nostri rea-*

*tem, et usum  
illius salu-  
tarem in-  
culcatur.*

usum realem adtinet, indignos & que ac dignos totum sacramentum, e materia terrestri & cœlesti constans, ORE percipere: quod vero ad usum illius salutarem adtinet, folios dignos salutariter illud FIDE percipere: indignos, atque adeo fide vera destitutos, percipere illud in cassum, imo ad reatum graviorem 1Cor. 11, 27.29. Ut si uno eodemque morbo laborantes pharmacum unum idemque accipient efficax, sed alter ut erat jussus, alter contra auctoritatem a medico perito fuit; quo fiat, ut alter is illud sumat cum effectu salutari, alter hic in vanum, imo vero in perniciem.

*Effectus  
salutares  
digne per-  
cepti sacra-  
menti no-  
stri expo-  
nuntur.*

n. 2. Facile hinc salutares sacramenti nostri effectus, ex ratione ordinis a Deo præscripti, et in quo a fidelibus percipiendum est, cognosci particulatim poterunt. Percipiendum enim ab ipsis est prævia sui exploratione 1Cor. 11, 28. utrum nempe in fide, meritis Christi innixa, sint 2Cor. 13, 5? Si sunt, sive fide sacramentum accipiunt, ipsorum etiam a) est venia peccatorum, lancingatione sanctissimi corporis ipsius 1Cor. 11, 24. Joh. 6, 51. et pretiosi sanguinis sui effusione Luc. 22, 20. Matth. 26, 28. parta: b) est beneficium æterioris conjunctionis, cum toto vere credentium coetu, sub capite suo Christo 1Cor. 12, 12.13. Joh. 15, 1. seqq. ipsorum c) est firmissima spes vitae salutisque, hic inchoatae, illic æternum duraturæ Joh. 6, 51-58.

*Frequens  
hinc sacra-  
menti usus  
in publico  
commenda-  
tur catu.*

n. 3. Atque ex salutaribus his effectibus frequentior quoque sacramenti nostri usus colligi potest: præcipue cum eundem nobis non modo praxis apostolica, sed etiam frequentativa apud Apostolum vox ἐπανισ 1Cor. 11, 25. 26. clarissime insinuat: insinuat et flagitat graviter nobis commendata cruenta passionis et mortis Christi, sub administratione sacramentalis actionis, commemoratio et annunciatio Luc. 22, 19. 1Cor. 11, 24-26. quam certe frequentius a vere credentibus, nec tam privatim, quam publice, in synaxi fidelium, fieri convenit.

B. 4.

n. 4. Non laudabiliter hinc agunt, qui, sine gravibus caussis, privatim potius, quam publice, sacramento nostro fruuntur, idque vel ad singulos annos, vel stata anni tempora, consuetudini tantum suæ obsequentes, restringunt; cum potius pro animæ, in relatione ad deum Jesumque Christum Joh. 17, 3. seu valentis seu infirmantibus, uniuscujusque conditione frui illo deberent. Confundi denique gravis illius judicij 1 Cor. 11, 27. 29. interminatione merito deberent, qui vel indigne sacro hoc epulo fruuntur, vel ab ejus usu, per turpem ignaviam aut incredulitatem infruniatam, sese abstinent.

§. 9. Disquiramus vero jam, sitne articulus de sacra domini coena fundamentalis, an minus? Certe si 1mo quæstio instituatur, de sacramentalis actionis hujus usu et frequentatione inter fideles Christo devotos, fundamentalis articulus putandus est; secundarius tamen, non primarius. Cum enim a) versetur circa actionem ab ipso Christo institutam, et fidelium suorum ad usum traditam, cumque promissione gratia in spiritualibus et cœlestibus, legitimate illa defungentibus, commendatam, salva promissio-  
nis gratia religione adeo non proterve contemni potest, ut neque negligenter haberi et intermitte. Cum vero b) non initiationis, sed confirmationis, sacramentum sit, pro adultis, sequitur, ut sacramentalis actionis usum nulla sua culpa ignorans, aut copia sacramento fruendi carens, vere tamen ad deum, in ordine penitentia et fidei, conversus, usu illius salva salute carere, ipsum articulum salva salute ignorare, ignorantia non affectata, potest.

n. 2. Quod si vero 2do, quoad partium controver-  
tentium, de corporis et sanguinis Christi in sacramento nostro præsentia, deque manducationis et bibitionis utriusque rei cœlestis modo, hypothesæ et sententias peculiares, quæstio moveatur, distincte est respondendum. Aut enim hypotheses et sententiae illæ peculiares articulum ali-

*Elenchus  
contra abu-  
sus varios  
et actionis  
sacra negle-  
ctum con-  
temnuntque  
stringitur.*

*Sitne arti-  
culus de sa-  
cra domini  
coena fun-  
damenta-  
lis? disqui-  
ritur.*

*Ac talis esse  
doceatur  
1mo quoad  
sacramen-  
talis actio-  
nis usum et  
frequentati-  
onem.*

*Non tamen  
primarius,  
sed secun-  
darius.*

*Talis quo-  
que esse do-  
cetur 2do,  
quoad  
reponor  
naufragare*

*partium  
controver-  
tentium.*

*Idque ob  
consecutio-  
num, reli-  
gioni revel.*

*noxiarum  
nocentissi-  
marumque,  
potestatem  
et vim.*

*Sententia  
eccl. nostræ  
evangelico-  
Lutherana  
nullis ejus-  
modi conse-  
cutionibus  
reprehen-  
dendis pre-  
mi ostendi-  
tur.*

*Vt etiam  
verissimo  
canoni her-  
meneutico,  
verbisq; te-  
statoris no-*

quem fundamentalem, primarium vel secundarium, si non evertunt, attamen labefactant; aut non? Si postste-  
rius: hypothesis et sententia peculiaris, quæ nullum articulum fundamentalem, primarium vel secundarium, e-  
vertit, ac ne quidem labefactat, vel ipsa est, quæ queritur,  
veritas, vel, si verissima non sit, innoxia tamen putanda,  
et æquitatis charitate ferenda. Fiat applicatio.

n. 3. Cum primo hypothesis ecclesiae nostræ euange-  
lico-Lutheranæ nullum revera articulum fundamentalem,  
primarium vel secundarium, evertat aut labefactet, si vel  
maxime verissima non foret, innoxia tamen putari deberet,  
et æquitatis charitate ferenda. Nam quod v. g. objecta-  
tur, quasi, per hypothesis nostram, humanæ Christi na-  
turæ veritas, si non evertatur, saltem labefactetur, dicitur  
in fraudem alterius nostræ sententie, de vera et reali com-  
municatione divinorum idiomatum τὸν λόγον, seu filii  
dei, facta cum humana sua natura. Quam vero senten-  
tiā tantum abest, ut, tanquam errorem fundamentalem  
deserere possimus, ut etiam non possimus non vitio dare  
objectantibus, quod priva sententia suæ, de præsentia cor-  
poris et sanguinis Christi in sacra cœna, mere ideali, man-  
ducacioneque et bibitione utriusque rei cœlestis mere spi-  
rituali, in gratiam, sacratissimæ de communicatione idio-  
matum in Christo doctrinæ bellum indixerint. In quo  
certamine, si victoriae palmam eis cedere velemus, passio-  
nem et mortem Christi, ceterasque actiones ejus media-  
torias, infiniti valoris ἀριστερου efficacia et vi, ad placan-  
dam sanctitatem et justitiam dei, quam læseramus, exsue-  
rimus, eaque opera totius religionis Christianæ columnen,  
si non everterimus, certe suffoderimus. Nullo hinc ar-  
ticulo fundamentali, primario vel secundario, everso aut  
labefactato, hypothesis nostram hoc magis ipsam esse,  
quæ queritur, veritatem inferimus, quo magis conformis  
est verissimo hermeneuticæ sacrae canoni, qui præcipit,  
acquiescendum esse in evidencia testimonii spiritus divini,

in



*in scriptura sacra loquentis, si vel maxime destituamur evidentiā objecti, in scriptura sacra prodīt. Et in evidentiā sit confitanea.*

testimonii, hoc loco, Christi tanto magis acquiescendum esse, urgēmus, quo certius habemus, voluisse ipsum, in sacramento isto, tanquam in testamento suo, perspicue loqui et evidenter, non ambigue dictis nos confundere. Pergimus.

n. 4. Cum secundo, ecclesia alia omnes, quæ vel præsentiam corporis & sanguinis Christi in sacra cena mere idealem, vel mandationem & bibitionem utriusque rei celestis mere spiritualem, afferunt, ac tantum præsentiam mandationemque et bibitionem supernaturalem, nobis dictam, ob inevidentiā objecti infinitantur, nudum latus exponant hostibus mysteriorum religionis revelatae, detestantibus acquiescere in evidentiā testimonii, si quidem non inveniant evidentiā objecti. v. g. Antitrinitariis in materia de ipsa trinitate, de incarnatione filii dei et satisfactione Christi, Pelagianis in materia de necessitate gratiae et efficacia scripturæ sacræ supernaturali; non possunt hinc hypotheses iporum verissimæ putari, si vel maxime æquitate charitatis ferenda videantur. Tum quoties peculiares hypotheses istæ eo præterea fine foventur et defenduntur, ut sanctissimæ de communicatione idiomatum utriusque in Christo naturæ veritates efficacius negari possint et impugnari, adeo, ab errore et ipsæ illæ hypotheses absolvi non possunt, ut etiam tanquam πρωτὸν Ψευδος graviorum aliorum errorum spectari debeant atque refelli. Denique finimus.

n. 5. Cum tertio hypotheses et peculiares de hoc sacramento sententia, in ecclesia Romanensi, ad plurimum articulorum fundamentalium, secundariorum juxta ac primiorum, vel labefactionem vel eversionem, tendant, committi a nobis non potest, quin eas in numerum manifestorum errorum, primiorum secundariorumque, referamus,

*Ecclesiæ  
rum contra  
hoc conti-  
guarum  
sententia  
religionire-  
velatae de-  
rogans esse  
offenditur,*

*Inno noxia  
in recessu.*

*Eccles. Ro-  
mano - Ca-  
tholica sen-  
tentia plu-  
ribus gra-  
vioribus re-  
ramus,*

*festa esse  
probatur  
erroribus.*

ramus, directeque eas impugnemus. Cujusmodi hypotheses et peculiares sententiae ipsorum sunt: 1) *doctrina de transubstantiatione*; quod, solicitato temere sensuum exterorum testimonio et perperam eodem rejecto, totam doctrinam christianam, quae irrefragabili sensuum testimonio innititur, labascere et corrue, hostiumque religionis revelata illusionibus exponi, necesse fit. Est noxia ejus generis *doctrina 2) de missa, continuo sacrificio expiatorio et propitiatorio novi testamenti*; quod, typis et umbris veteris testamenti sublati, unici sacrificii in ara crucis, a Christo oblati, sufficientia et valor perpetuus Hebr. 9, 12. 24. 28. et 10, 9-14 per eam infringatur: tum, efficacia sacrificii missatici non solum ad viventes, sed etiam demortuos, extensa, doctrina scriptura de salute et damnatione aeterna demortuorum labefactetur: pluribus denique aliisabus in ecclesia christiana lata porta aperiatur. Est nocentissima ejus generis *doctrina 3) de panis consecrati, tam in usu quam extra usum sacramenti, λατρεια*; quod, cultu hujusmodi religioso non solum dubio, sed refutabili et fatis superque refutato, inter fideles Christo devotos stabilito, veritas de uno vero deo adorando consistere nullatenus queat illibata. Est ejus generis *doctrina 4) de efficacia panis consecrati in pluribus aliis necessitatibus hujus vita, corporalibus et spiritualibus*; quod quantum inanem superstitionem promovet, tantum iterum rationalem cultum christianum labefactat, eundemque derisoribus sanctissimae religionis nostrae revelatae prodit. Tacemus *doctrinam 5) de laicis et non consecratis clericis, ab usu calicis benedicti arcedidis*; quo instituto efficacia sacramenti, contra institutionem quippe auctoris sui Christi, frivilis ex causis mutilati, quam maxime omnino dubia redditur atque incerta.

*Verum  
Christus in  
usu s. coenæ  
adorandus?  
a) resp. in-  
directe.*

S. 10. Coronidis loco, expediamus et istam quæstionem: *Verum Christus, secundum utramque naturam in sacra coena presentissimus, adorandus etiam in ejusdem sacrae coene usu sit?* Respondetur a) indirecte, ex τον πητον institutio-

nis;

nis; unde discimus, sacram epulum a Christo fidelium suorum cœtui commissum esse, non ad adorandum in materia sua, sed fruendi illius gratia, ad corroborandam fidem & confirmandam spem in divina gratia, meritis Christi nobis conciliata. Respondemus 2do directe, κατὰ συνά-  
**b) Respon-**  
**κολωνθησιν** aliarum veritatum nostrarum. Aut sensus quæ-  
**sio directa.**  
 fisionis est, *Vtrum Christus, replens secundum utramque na-*  
*turam suam omnem locum, sit in spiritu et veritate adorandus*  
*in omni loco, adeoque et in usu sacre cœna?* aut sensus quæ-  
 fisionis est, *Vtrum in sacra cœna, ejusque in usu, Christus*  
*tanquam in loco circumscriptivo, IN, CVM & SVB pane*  
*benedicto, sit adorandus?* Si prius queritur, *quæstio utique*  
*est affirmanda.* Quoad divinam enim naturam replet Christus omnem locum; quare omni etiam est adorandus loco, perinde ac verus deus: quoad humanam vero naturam, communicatam, in unione cum divina natura personali, accepit omnis divinitatis plenitudinem Col. 2, 9. adeoque et cultum adorationis Phil. 2, 9. sqq. adorandus hinc quoad humanam naturam omni quoque loco. Et hoc sensu b.  
 MART. CHEMNITIVS quæstionem affirmasse censendus est, in  
*Examine concilii Tridentini Parte II. loc. IV. scil. V. num. I-III.*  
*p. m. 384. sqq.* cuius mentem, præconceptis opinionibus suis  
 litans, percipere vel non potuit, vel potius noluit, Card.  
 R. BELLARMINVS, in *De controversiis christiana fidei libris suis.*

Si vero queratur posterius, *quæstio omnino est neganda.* Nam humana Christi natura (cujus corpus pars illius essentialis, sanguis corporis pars integralis est) omnipræsens est divinæ naturæ omnipræsentia, per unionis personalis gratiam secum communicata. At omnipræsentia divinæ Christi naturæ, tanquam præsentia in omni loco circumscriptivo, intelligi et explicari nequit; ergo et omnipræsentia humana illius naturæ tanquam præsentia in omni loco circumscriptivo intelligi et explicari nequit: et sicut deus in loco circumscriptivo non adoratur, ita nec humana Christi natura, consequenter nec corpus et sanguis ipsius, in loco circumscriptivo, IN, CVM, SVB pane et vino, sunt adoranda.

NOBILISSIMO ORNATISSIMOQUE  
**RESPONDENTI SVO**  
 SALVTEM ET FELICITATEM  
**PRAESES.**

Constitueram equidem, Amice Carissime, pluribus hic,  
 quasi pro colophone addendo, id verbis supplere, quod  
 inter differendum viva mibi voce ius est exponere: quo  
 nempe sensu pii Confessores nostri, artic. 3<sup>to</sup> Aug. Conf.  
 de abusibus, se Missam abrogasse negaverint ex vero.  
 Exposita enim hæc Confessionis verba multis & gravibus  
 censuris et improperiis fuerunt, succedente ætate. Con-  
 stitueram in primis, piorum Confessorum nostrorum verba,  
 instituta comparatione inter concilii provincialis Col-  
 oniensis, a. 1536. partis I. capita XXIV. & XXV. & inter  
 ordinationem ecclesiastican Magnanimi Principis PHIL-  
 IPPI, Hassiae Landgravii, eternaturæ inter nos memorie  
 piissimæ, quam a. 1566. edidit ultimam, asserere et supra  
 omnem dubitationis aleam reponere. Illicet, tantum or-  
 dinario ecclesiastica Philippina cum liturgia diaœsesos  
 nostræ, de qua §. 4. n. 3. diximus; tantum liturgia hæc  
 eadem cum capitulo excitatis, allegati concilii provincialis  
 Coloniensis, consipirat. Sed, cum ad rem accederem, quam  
 mibi proposui exsequendam, vidi, dicturum me nihil, nisi  
 dicendorum telam longius extenderem, et phrygia velut acu  
 illuminarem. Finio igitur dogmaticum nunc pensum no-  
 strum, partem illam bistoricam repetita aliquando opera  
 tractaturus; nam superant multa, tam de provinciali  
 concilio Colonensi, quam de ordinatione Magnanimi Prin-  
 cipis

cipis Philippi, ad dicendum utiliter. Ad Te jam unice, Nobilissime atque Ornatisime Respondens, orationem converto; testimonium enim publicum Tibi, ex tuis inter nos studiis et moribus, debedo. Habui enimvero Te, quadriennii illius spatii, quod in academia nostra exegisti, in compluribus acroasisbus meis theologicis, exegeticis et historiae ecclesiasticae, auditorem frequentem, diligentem et, quod ex conflictibus privatis statisque nostris examinibus, que Decanalia vocamus, perspicere potui, egregie proficiemt. Nactus præterea, sesquianno, inquilinum in ædibus meis Te meum, occasionem habui commodissimam, et naturales ingenii tui vires, et omnem vitæ tuæ rationem, uti in proximo spectandi, ita penitus quoque cognoscendi. Successus et eventus fuit, ut, quidquid apud me collegisti studii et prolixæ erga Te voluntatis, id nunquam effuderis. Perillustris et Generosissimi Dn. de RECK, Potentiss. Reg. Boruss. a consiliis intimis, pubi prænobilitissimæ studiorum et morum datus praefectus, Patroni tui patrocinio frui non ante desisti, quam cum debitum ille naturæ coactus esset persolvere. Concionator domesticus a Perillustri et Generosissimo Dn. de BOESFLAGER, in Hüffe lectus, ejusdem gratia in præsens gaudes, gavisurus de illa porro, nisi ad stabilem magis vitæ conditionem Tibi cogitandum esse censes. Quem Te, in tentamine meo nupero, numero Candidatorum Ministerii apud nos sacri inferendum, præstisti, honorificum loquetur testimonium, quod ad Inclitum diœcejos nostræ Consistorium accipies. In deo spem et fiduciam omnem tuam pergas, velim, collocare: dei Tibi favorem, patris Opt. Max. patre naturæ ante tempus orbatus, pergas, velim, conciliare. Facies illud, et in sacris literis magis magisque proficiendo, et in orbitis divinis fideliter

liter gressus omnes tuos figendo confirmandoque. Sic fiet,  
 ut et ipse Tibi de bonitate divina impense gavisurus sis,  
 et nos omnes, qui Tibi bene et ex animi sententia cupimus,  
 tuas Tibi fortunas gratulaturi. Vale meque muto  
 dilige, ama. Scrib. Rintelii die II. Februarii, anno  
 MDCC LXV.

**W**o, unter Myrt und stolzen Linden,  
 Die Musen Schmuck und Kränze winden,  
 Für Tugend, Wissenschaft und Fleiß,  
 Da war es, wo ich mit Entzücken,  
 Sie neulich sahe Blumen pflücken;  
 Für wen? Freund, Dir zum Preis.

Heil Dem, dem dieser Lorbeer blühet,  
 Für dem die Muse sich bemühet!  
 Heil Ihm, sein holdes Glück ist da!  
 Wen werden jene Kränze zieren?  
 Wem wird ein solches Lob gebüren?  
 Sprach jeder, der es sah.

Es soll auf meiner Ernestinen  
 Für einen meiner Söhne dienen:  
 Dem, dem sey es ein lauter Lohn,  
 Durch den, was Schwärz für mich geschrieben,  
 Vor allen Pfeilen frey geblieben:  
 Sprach die Religion.

Math. Wagner,

a. d. Rheinselssisch.

Opp.



153516

X 2310927

R





DE  
SACRA DOMINI COENA 7  
ALTERO NOVI FOEDERIS  
SACRAMENTO

DISSERT. THEOL. DOGMAT.

QVAM  
DEO AVXILIANTE  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**F R I D E R I C O**  
HASSIAE LANDGRAVIO  
AC RELIQUA  
DOMINO ET NVTRITORE  
CLEMENTISSIMO

PRAESIDE  
**GODOFREDO SCHWARZ**

THEOL. DOCT. ET PROFESSORE PRIMARIO CONSISTORII SACRI  
ASSESSORE ECCLESiarVM HASSO-SCHAVENBURGI-  
CARVM SVPERINTENDENTE

AD D. FEBRVAR. cI I, CCLXV.  
H. L. Q. C.

TVEBITVR  
**CAROLVS LUDOVICVS SEIPPEL**  
CASSELLIS HASSVS.

RINTELII TYPIS I. G. ENAX, A. T.